



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CXX. Bernardi Comitis Excommvnicatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

hac terra nullo modo regrediemur, priusquam, Deo auxiliante, percongrua & mutua vobiscum misceamus colloquia. Data ut supra.

## EPISTOLA CXIX.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD CAROLVM REGEM.

Arguit quod vocatus ad se non venerit, sicut Ludouicus rex fecerat. monet sub excommunicationis poena, vt sui regni finibus contentus nullam Bosoni molestiam exhibeat.

*Dilecto Carolo glorioſo regi.*

**S**ERVANS fidem Francorum regibus, secundum prædecessorum meorum pontificium, multos & duros labores in mari & in terra pertuli; ab Vrbe & Romana sede in Franciam veni. omnes vos legatorum tam viua voce, quam epistolis studui conuocare, vt pactum quod aui & patres veltri sanctæ Romanæ ecclesiæ iureiurando promiserunt, adimplere contenderetis. Sed heu proh dolor! cuncti venire per inobedientiam neglexistiſtis, præter Ludouicum regem diuæ memorię Caroli imperatoris filium, cuius conſilio atque hortatu Bosonem glorioſum principem, per adoptionis gratiam filium meum effeci; vt ille in mundanis discursibus, nos libere in his, quæ ad Deum pertinent, vacare valeamus. Quapropter contenti termino regni vestri pacem & quietem habere studete: quia modo, & deinceps excommunicamus omnes, qui contra prædictum filium nostrum insurgere tentauerint. Data ut supra.

## EPISTOLA CX X.

## BERNARDI COMITIS EXCOMMUNICATIO.

**B**ERNARDVM sacrilegum, filium Bernardi & Belihilidis, sacrarum rerum ecclesiasticarum peruersorem, regiaeque a Deo ordinatae potestati contradictorem, a proprio archiepiscopo Frotario, cui & ciuitatem, & omnia quæ habuit sustulit, tertio vocatum, a nostra autem apostolica auctoritate bis, & a regia sublimitate semel reuocatum, venire nolentem & in pertinacia sua permanentem: qui etiam ab hominibus suis sacramentum damnabile &

dam-

damandum, blanditiis & terroribus tyrannice contra di-  
uina & humana iura extorsit, a corpore & sanguine Do-  
mini nostri Iesu Christi alienum decernimus, & ab omni  
Christianorum societate separamus, vsque dum ad condi-  
gnam satisfactionem emendaturus accedat. Quod si nec  
hoc emendauerit, & ea quæ reus adeo communii iudicio  
suorum fidelium abstulit, violenter tenere, & fidelibus  
suis in hoc refragari tentauerit, anathematis vinculo san-  
cti Spiritus \* innodamus. Quicumque autem ei contra  
hanc excommunicationem communicauerint, aut con-  
senserint, nos prohibere non possumus, vt qui excom-  
municatis communicauerint, non pari excommunica-  
tioni subiaceant.

\* addit.  
auctori-  
tate

EPISTOLA CXXI.  
IOANNIS PAPÆ VIII.  
AD DIVERSOS EPISCOPOS.

Vt inuasores bonorum ecclesiæ Turonensis cogant  
reddere, & nonas ac decimas soluere.

Reuerendissimis & sanctissimis Frotario archiepiscopo Biturigeni,  
& Anselmo Lemouicensi, Hefrido Pietauensi, Dodoni An-  
decauenensi, Roberto Cenomanensi, Hildeprando Sagieni epi-  
scopis, nec non & aliis omnibus episcopis & comitibus, aliisque  
personis illustribus, sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus, in quorum pa-  
rochii sancti Mauricii Turonensis ecclesiæ prædia esse videntur.

**Q**VORVM omnium religiositas, seu vniuersorum per-  
noscat fidelitas, quoniam narrante Adelardo vene-  
rabili archiepiscopo, pontificium nostrum didicit, quali-  
ter quidam, absque legum omnium auctoritate, tam co-  
mites, quamque subditi eorum, sancti Mauricii Turonen-  
sis ecclesiæ res inuasas ausu temerario teneant. Vnde man-  
damus, nostraque apostolica auctoritate expresse iube-  
mus, vt eos inuasores primitus moneatis, vt ipsas res, om-  
ni occasione remota, ipsi prefatæ ecclesiæ reddere sata-  
gant: & si ipsi forte audire noluerint, vos vnanimes omnes,  
vnoque conuentu pro posse collecti, nostra censura illos  
excommunicare debeat, vsquequo ipsas res ab eis iniuste  
tentas redditant. Et si, quod non credimus, his censuris in-

Concil. Tom. 24.

T